Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



usq; adopus non ꝑuenit. non penitentia s; cogitata afflictio mentem cicius erigit. quia nimirum tantummodo cogitata iniquitas polluit. Sepe naq; hoc quod aconspectu iudicis iam fletu interueniente deletum est ad animum per cogitationē redit. & deuicta culpa addelectationē rursus in serpere mittitur. atq; inantiquo certamine diuina pulsatione reparatur: ita. ut quod prius egit incorpore. hoc inportuna cogitatione post modū uersetur inmente. Cum nichil foris opere agitur. s; sola intus cogitatione peccatur. districto se mens reatu obligat. nisi hoc sollicitis lamentis tergat. Plerumq; aurem cordis terrenarum cogitationum turba dum ꝑstrepit claudit. atq; insecretario mentis quantominus curarum tumultuantium sonus conpescitur. tanto amplius uox presidentis iudicis non auditur. Non numquam inipso orationis nrē sacrificio inportunę s; cogitationes ingerūt. quę hoc rapere uel maculare ualeant. quod innobis deo flentes immolamus. Omnes qui uel inlicita appetunt uel inhoc mundo uideri aliquid uolunt. densis cogitationum tumultib; incorde cōprimuntur. Mare significat mentē hominis. & quasi fluctus maris sunt cogitationes mentis. quę aliquando per iram tumescunt. per grām tranquilli fiunt. ꝑodium cum amaritudine defluunt. Mens quippe humana quot temptationes patitur. quasi tot flatib; mouetur. Plerūq; mentem hominis tumultus cogitationum deprimit. ira perturbat. & cum recedit ira succedit inepta leticia. Frater interrogauit quosdam senum. Si polluitur homo quando res sordidas cogitat? Et alii dicebant etiam polluitur. alii dicebant non. quia si polluitur non possumus saluari nos qui idiotę sumus. s; hoc pertinet ad salutem. si ea quę cogitamus corporalit non fecerimus. Dixit q̄da senex. Non quia intrant cogitationes male innos condempnamur exeo. s; si male utimur cogitationibus. Fit enim. ut & ꝑcogitationes naufragium patiamur. & ideo cogitationib; coronemur.

DVM QVEDAM PARVA DE SERMONE. XXXVII.

Dictiorum uerba non euitamus. inmagno lingue prolabimur crimine. & dum facta quęda non grauia libere ac sine metu committimus. adpotiora scelera & horrenda peccandi consuetudine labimur. Vani sermones. inore xp̄iani ēe non debent. Nam sicut malos mores bona colloquia corrigunt. ita praua colloquia bonos mores corrūpunt. Custodia ori ponitur. dum quisq; non se iustum s; quod magis uerum est peccatorem fatetur. Manum super os ponit. qui male locutionis culpas bone actionis uelamine tegit. quia trimoda est dicendi ratio. qua pre

q̄ bonis opib; lingue excessū opit. Manū supos ponit